UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVI. de Maledicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

ſunt ſuſpendendi ab officio. Qui moniti, ne ſævirent in ſuos, ſe non em- dent, deponendi ſunt, & ordinibus Ec- cleſiaſticis ſpoliandi. Permiſſum tamen judici Eccleſiaſtico, præter pecuniariam pœnam, virgis cædere delinquentes, ex- tra pœnam, irregularitatis, moderatione adhibita, ne in vindictam ſanguinis ex- ire videatur.

c.4.ſup.De raptorib.

De Maledicis.

TIT. XXVI.

Videntur & percutere quodammodo Ma- ledici, blaſphemi, detractores ea per- cuſſione, quæ fit verbo aut lingva.

1. *Qui dicuntur hoc loco Male- dici?*

can.3.5.& 6.diſt.46. c.1.h.t.c.2. eod. Levit. c.24.Nov. 77. in fine can.Siquis XXV.q.1. c.2.h.t.Co- var. in c. Quamvis p.1.§.7. n. 22.

MAledici, a maledicendo, nomine ge- neraliter accepto, dicuntur Clerici litigioſi, adulatores, proditores, ſcurriles, & verbis turpibus joculatores. Hoc loco ſtrictius accipitur nomen illud pro blaſ- phemis in Deum, in Sanctos, & maxi- me in B. M. Virginem. Eoque majus eſt delictum, quo major eſt is, in quem peccatur, ut v. g. eſt ſummus Pont. (Vid. Carpz. *Pr. Crim. p.* 1. *q.* 45. *n.*1.)

2. Qu

2. Qua pœna afficiuntur Maledici?

Jura divino antiquo blaſphemia, quæ fit verbis in Deum, morte punita fuit, ut & ex Conſtitutionibus Principum. Jure Pontificio Clerici blaſphemi deponuntur ab Ordine; laici vero incorrigibiles facti excommunicantur, aliterve puniuntur, pro perſonæ & facti qualitate, aut mulcta pecuniaria aut pœnitentia publica, aut alia arbitraria.

De Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante.

TIT. XXVII.

Circa Ordines quoque Eccleſiaſticos ſunt delicta peculiaria Clericorum, ut ſi Clericus excommunicatus, depoſitus, vel interdictus in ordine ſuo miniſtret, qui hoc pacto graviter peccat.

1. Tales Clerici quomodo puniuntur?

INprimis, ſi Sacerdos aliquis, dum ſciret, etiam per rumorem tantum, ſe majori excommunicatione implicitum & monitus prius, ut deſiſtat, celebrare ac divinis ſeſe *c. 4. 5. & h. t. c. 1. v. 3. eod.*